

Die 31 Octobris

**S. Wolfgangi****Episcopi et Confessoris**  
**Duplex****V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.**Ad Magnif. Ant.** Sacerdos et Póntifex, \* et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.**Oratio****D**eus, qui nobis aetérnae salútis beátum Wolfgangum Episcopum místrum tribuísti: praesta, quaesumus; ut, quem doctórem vitae habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminum.**In II Nocturno****Lectio iv****W**olfgangus, nóbili in Suévia genere prognátus, rerum exterárum fuit et sui contéptor egrégius, solum ex ánimo Deum quaerens. Honóres amplísimos ab Henrico Trevirénsium episcopo sibi oblátos recusávit, illóque demórtuo, pollicitatiónibus aliórum contéptis,

monásticam tandem vitam (cujus semper desidério flagráverat) est ampléxus sacris ordínibus a beáto Udalrico initiátus. Cum in Pannóniam praedicándi Evangélii causa se prius contulísset propter conjúctam in eo exímia cum pietáte prudentiam, Ottónis imperatóris stúdio, totiúsque cleri et pópuli acclamatióne, ecclésiæ Ratisbonénsi rite praefícitur.

**R.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimícus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. **Manus.****Lectio v****S**uscépto episcopátus múnere gregem Dómini verbo pavit et exémpló, sanctíssimisque ecclésiám temperávit institútis. Monastério sancti Emmerámi, quod jam diu episcopi administráverant, restitútis provéntibus, magno illius bono insignem virum Romuáldum praepósuit. Sanctimónialium coenóbium, quod ipse fundáverat, tam sancte institút, ut collápsa in aliis disciplina eo exémpló sit**OFFICIA PROPRIA****ARCHIDIOECESIS VINDOBONENSIS****PARS AUTUMNALIS**

Die 1 Septembris

**S. Verenae Virginis****Duplex****V.** Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.**Ad Magnif. Ant.** Veni, Sponsa Christi, \* accipe coronám, quam tibi Dóminus praeparávit in aetérnum.**Oratio****E**xáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátae Verenae Vírginis tuae festivitáte gaudémus; ita pia devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.**Et fit Commemoratio praecedentis:****Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias caelo cóndidit ore, manu.**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Prop. Vindob. P. Autumnalis

**Oratio****D**eus, qui in liberándis fidélibus tuis ab impiórum captivitáte beátum Raymúndum Confessórem tuum mirábilem effecísti: ejus nobis intercessióne concéde; ut, a peccatórum vínculis absolúti, quae tibi sunt plácita, liberis méntibus exsequámur. (Per Dóminum.)**Deinde Commemoratio S. Aegidii Abbatis:****Ant.** Similábo eum vero sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.**Oratio****I**ntercéssio nos, quaesumus, Dómine, beáti Aegidii Abbátis comménde: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. (Per Dóminum.)



Postea Commemoratio Ss. duodecim Fratrum Mm.:

**Ant.** Istórum est enim regnum caelórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad praemia regni, et laverunt stolas suas in sanguíne Agni.

**V.** Laetámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

### Oratio

**F**ratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna laetíficet: quae et fidei nostrae praebat incrementa virtutum, et multiplici nos suffragio consolétur. Per Dóminum.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**V**eréna virgo, Thebaea genere, Diocletiano Jovio, Maximianoque Hercúleo Imperatóribus, honestis paréntibus nata, Episcopo, nómine Chiremoni, baptísma sacramento expianda, inque Christi fide erudienda confirmandaque tráditur. Quae cum adolevisset, tota Christo adhaeréscens, sacrórum Itáliae locórum visendórum stúdio incénsa, Mediolánum se contulit; ubi aliquot annos commorata,

Christianos ibidem in vincula conjéctos ópera ac facultátibus suis sustentábat, singula quaeque, quae ad vitam necessariá essent, abúnde suppéditans.

**R.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitiam: \* Et dedúcet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. **Et.**

#### Lectio v

**T**hebaea legióne ob Christi confessiónem ímpii Maximiáni jussu crudéliter interfécta, alio se conférre decrévit. Ob id non longe a Solodóro spelúncam quandam ingrèssa, sic per áliquod tempus delítuit, ut nemo id scíret nisi pia quaedam múlier, quae ei victum fidéliter ministrábat. Dum ígitur vigíliis, jejúniis et oratió-nibus inténta, Deo suo máxima ánima voluptáte servíret, iniquitátis ministri eam invenérunt, atque compérto Christiánam esse, ad regiónis praeféctum déferunt.

**R.** Dillexisti justítiam, et odisti iniquitátem: \* Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo laetitiae. **V.** Propter veritátem, et

### Oratio

**D**eus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystéris repraeséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut, quisquis hoc templum beneficia petíturus ingréditur, cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Petri de Alcantara:

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

### Oratio

**D**eus, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis paenitentiae et altíssimae contemplatiónis múnere illustráre dignátus es: da nobis, quaesumus; ut, ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, facílius caeléstia capiámus. Per Dóminum.

### In II Vesperis

**V.** Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo. **R.** In longitúdinem diérum.

**Ad Magnif. Ant.** O quam metuéndus est \* locus iste: vere non est hic áliud, nisi domus Dei et porta caeli.

Et fit Commemoratio sequentis:

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriae índuit eum.

### Oratio

**D**a, quaesumus, omnipotens Deus: ut, sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiétes, atque áliis misericórdiam exhibéntes; ejus méritis, indulgéntiam apud te consequámur. (Per Dóminum.)

#### Deinde S. Petri:

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias caelo cóndidit ore, manu.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Oratio** Deus, qui beátum, ut supra.



V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolum glóriæ induit eum.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Petrum Confessórem tuum admirábilis paenitentiae et altíssimæ contemplatiónis múnere illustráre dignátus es: da nobis, quæsumus; ut, ejus suffragántibus méritis, carne mortificáti, facílius caeléstia capiámus. Per Dóminum.

Ant. et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomadae die ut in Psalterio.

Lectiones II et III Nocturni de die Octava, ut in Comuni Dedicationis Ecclesiae.

Pro S. Petro de Alcantara:

## Lectio ix

**P**etrus, Alcántarae in Hispania nobilibus parentibus natus, decimo sexto aetatis anno ordinem Minorum ingressus, se omnium virtutum, praecipue paupertatis et castitatis, exemplar exhibuit et innumeros, verbi Dei praedicatione, a vitis ad paenitentiam traduxit. Primaevum sancti Francisci institutum reparare studens, in angustissimo

et pauperrimo coenobio, juxta Pedrosam exstructo, asperissimum vitae genus feliciter incepit, quod deinde mirifice propagatum est. Sanctae Teresiae, cuius probaverat spiritum et a qua sanctus vivens passim vocabatur, in promovenda Carmelitarum reformatione adiutor fuit. Contemplationis et miraculorum gratia insignem, dono prophetiae ac discretiōnis spirituum imbutum fuisse eadem sancta Teresia testatur. Denique, annum agens sexagesimum tertium, migravit in caelum. Quem beata Teresia mirabili gloria renidentem per visum contempsit.

Te Deum laudamus.

## Ad Laudes

V. Haec est domus Domini firmiter aedificata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

Ad Bened. Ant. Zachaeae, \* festinans descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere. At ille festinans descendit, et suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui salus a Deo facta est, alleluia.

mansuetudinem, et justitiam. Propterea.

## Lectio vi

**V**irgo autem Christi cum nec impiorum minis, nec terrore commoveri posset, ut diis sacrificaret, variis incommodis afflicta, in carcerem conjicitur. Ubi nocte quadam beatus Mauritius, qui paulo ante martyrii corona donatus fuerat, splendidissimi juvenis specie multisque aliis caelitibus comitatus apparens: Ne formides, inquit, Christi virgo; spem tuam in Domino repone, et esto animo forti. Ea ipsa nocte praefectus ardentissima febre corripitur, qui mox oratione virginis pristinae saluti restitutus, eam liberam dimisit. Itaque Zurzachium profecta, et Christianorum templum Deiparae Virgini dicatum ingressa, presbyterum sacris operam dantem invenit, ubi divinis officiis explētis, et fusa oratione, de vitae suae genere rogata, a presbytero in rebus ad salutem animae ejus spectantibus confirmanda instruendaque suscipitur. Cui virgo, ut humilis in Christo filia sponsum su-

um imitata, studuit oboedire. Denique multis virtutibus insignis, a sanctissima Matre ad caelstem patriam invitata, circa annum salutis humanae trecentesimo placidissime obdormivit in Domino, ac Zurzachii sepulta est. Cujus sacras reliquias Rudolphus quartus Dux Austriae, dono sibi anno supra millesimum trecentesimo quinquagesimo octavo oblatas, in Ecclesia sancti Stephani, quae nunc in urbe Vindobonensi est Metropolitanana, voluit asservari.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus \* Afferentur tibi in laetitia et exultatione. V. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Afferentur tibi. Gloria Patri. Afferentur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Simile erit regnum, de Communi Virginum 1 loco.

Pro S. Aegidio Abbate:

## Lectio ix

**A**egidius, Atheniensis, regiae stirpis, a prima aetate divinis litteris et caritatis officiis ita deditus fuit, ut nihil praeterea



curare videretur. Itaque, parentibus mortuis, totum patrimonium in pauperes erogavit; quin etiam tunicam exuit, ut aegrotum egentem teneret, qua ille indutus, statim convaleuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatem, Arelatem ad beatum Caesarium contendit. A quo post biennium discens, secessit in eremum; ubi diutius herbarum radicibus et cervae lacte, quae statis ad eum horis veniebat, admirabili sanctitate vixit. Quae cerva, insequentibus quodam die canibus regiis, cum in antrum Aegidii refugisset, Galliae regem impulit, ut ab eo summis precibus peteret, ut in loco speluncae monasterium exstrui pateretur. Cujus administrationem, flagitante rege, invitus suscepit; eoque munere aliquot annis prudenter pieque gesto, migravit in caelum.

Te Deum laudamus.

#### Ad Laudes

¶ Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

**Ad Bened. Ant.** Simile est regnum caelorum \* ho-

mini negotiatori quaerenti bonas margaritas: invenit una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

#### Oratio

**E**xaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatae Verenae Virginis tuae festivitate gaudemus; ita piae devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

#### Et fit Commemoratio S. Aegidii Abbatis:

**Ant.** Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

#### Oratio

**I**ntercessio nos, quaesumus, Domine, beati Aegidii Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. (Per Dominum.)

#### Deinde Commemoratio Ss. duodecim Fratrum Mm.:

**Ant.** Vestri capilli capitibus omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos.

fundatus enim erat supra firmam petram.

¶ Gloria et honore coronasti eum, Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

#### Oratio

**D**eus, qui nos conspicias ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum tuorum exempla restaura. (Per Dominum.)

#### Deinde Commemoratio S. Eduardi Regis, Conf.:

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terrena, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Oratio** Deus, qui beatus, ut supra 12\*.

**Postea, in Ecclesiis ut supra. Commemoratio Octavae:**

**Ant.** O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei et porta caeli.

¶ Domum tuam, Domine, decet sanctitudo. **R.** In longitudinem diernum.

**Oratio** Deus, qui nobis, ut infra.

Die 19 Octobris

**In Ecclesiis consecratis, excepta Metropolitana**

#### In Octava Dedicationis Ecclesiarum

Duplex majus

In II Vesperis praecedentis fit Commemoratio sequentis:

**Ant.** Sanctificavit Dominus tabernaculum suum: quia haec est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

¶ Haec est domus Domini firmiter aedificata. **R.** Bene fundata est supra firmam petram.

#### Oratio

**D**eus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis praesentis incolumes: exaudi preces populi tui, et praesta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse laetetur. (Per Dominum.)

**Deinde S. Petri de Alcantara Conf.:**

**Ant.** Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.



**Et fit Commemoratio S. Eduardi:**

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

### Oratio

**D**eus, qui beátum regem Eduárdum, Confessórem tuum, aeternitátis glória coronásti: fac nos, quaesumus; ita eum venerári in terris, ut cum eo regnáre possimus in caelis. (Per Dóminum.)

Deinde, in Ecclesiis ut supra, Commemoratio Octavae:

**Ant.** Zachae, festínans descénde, quia hódie in domo tua opórtet me manére. At ille festínans descéndit, et suscepit illum gaudens in domum suam. Hódie huic dómui salus a Deo facta est, allelúja.

**V.** Haec est domus Dómini fírmiter aedificáta. **R.** Bene fundáta est supra firmam petram.

### Oratio

**D**eus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incolúmes: exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

### In II Vesperis

**V.** Justus ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

**Ad Magnif. Ant.** Qui vult venire post me, \* abneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequátur me.

### Oratio

**P**raesta, quaesumus omnipotens Deus: ut, intercedénte beáto Colománo Mártire tuo, et a cunctis adversitátibus liberémur in córpore, et a pravis cogitátionibus mundémur in mente. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio sequentis:**

**Ant.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit;

**V.** Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Laetabúntur in cubílibus suis.

### Oratio

**F**ratérna nos, Dómine, Mártýrum tuórum córona laetíficet: quae et fidei nostrae praebat increméta virtútum, et múltiplici nos suffrágio consolétur. Per Dóminum.

### In II Vesperis

**V.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

**Ad Magnif. Ant.** Veni, Sponsa Christi, \* áccipe corónam, quam tibi Dóminus praeparávit in aetérnum.

**Oratio** Exáudi, ut supra ad Laudes 4\*.

**Et fit Com. sequentis:**

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

### Oratio

**C**oncède, quaesumus, Ecclesiæ tuæ, omnipotens Deus: ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in

terris propagatórem hábuit, propugnatórem hábere mereátur gloriósum in caelis. Per Dóminum.

### Die 12 Septembris Sanctissimi Nominis

#### Mariae

#### Duplex II classis

**Omnia ut in Breviario (mutato ritu).**

### Die 25 Septembris

#### S. Nicolai de Flúe

#### Eremitae et Confessoris

#### Duplex (m. t. v.)

**Commemoratio in Vesperis praecedentis:**

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

### Oratio

**D**eus, qui beátum Nicoláum Eremitam Angelórum esca mirabiliter nutrírre, ac donis caeléstibus cumuléare voluísti: concède, quaesumus; ut ejus intercessióne Domínicum corpus digne súmerre in terris, et gloriósum conspícere



mereamur in caelis. Per eundem Dominum.

## In II Nocturno

### Lectio iv

Nicolaus de Flue in Saxulensi Subsylvaniae pago, Constantiensis tunc temporis dioecesis honestis parentibus procreatus, singulari prorsus innocentia pueriles annos exegit. Adolescens tria sibi per hebdomadam jejunia ad sanctorum Nicolai Myrensis et Tolentianatis imitationem indixit. Divinis etiam contemplationibus die noctuque sic erat intentus, ut solitariam vitam summe desideraret, sed suorum votis tandem cedens, matrimonium iniiit, quo filios quinque totidemque filias procreavit. Militiam quoque cum sequeretur, sanctae Catharinae monasterium in pago Thurgoviensi ab imminente incendio, uti fertur, suo valido interventu mire servavit incolume. In patriam deinde reversus, supremum ibidem magistratum saepius oblatum constanter recusavit, et praecipue, dum luce instructus superna, sulphureas flammis in

corrupto iudicum ore conspiceret.

**R.** Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

### Lectio v

**C**um interim Deus non desineret illius pectus altioris vitae desiderii succendere, relictis omnibus in vicinam eremum secessit: ubi viginti prope annos inusitata vitae austeritate traduxit: priscorum anachoretarum miracula et virtutes ita renovans, ut ejus fama permoti longe lateque populi ad eum confluerint. Eisdem annis sine corporali cibo potuque vitam egit, solo sanctissimo Christi Corpore refectus; cujus miraculi veritatem Constantiensis Proepiscopus certo comprobavit. Assiduo virtutum studio et perpetua Dominicae Passionis meditatione daemonum quidem furorem in se concitavit vehementissimum, sed neque defuerunt ei caelestes visiones, quas

impugnatur, fortis debet esse et constans. Quomodo ergo subtexit: Et a verbis tuis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Timete Dominum, omnes sancti ejus: et, Beatus vir, qui timet Dominum. Quae ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

**R.** Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dominus pane vitae et intellectus: et aqua sapientiae salutaris potavit illum. **Et.** Gloria Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Si quis vult, de Communi 2 loco.

### Pro S. Eduardo:

### Lectio ix

**E**duardus, cognomento Confessor, nepos sancti Eduardi Regis et Martyris, Anglo-Saxonum regum ultimus, decennis a Danis Angliam vastantibus, quaesitus ad necem, exulare cogitur apud avunculum, Normanniae ducem, ubi morum innocentia omnibus admirati-

oni fuit. Exstinctis mox tyrannis, qui fratribus suis vitam et regnum eriperant, revocatur in patriam, ubi ad hostilium irarum delenda vestigia totum se convertit, a sacris exorsus templis. Prophetiae dono illustris, de Angliae futuro statu multa caelitus praevидit. Joannem Evangelistam mirifice coluit. Ipso ab Evangelista praedicto die piissime obiit, Nonis diehelicit Januarii, anno salutis millesimo sexagesimo sexto. Quem Alexander Papa tertius Sanctorum fastis adscripsit. Te Deum.

### Ad Laudes

**V.** Justus ut palma florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

**Ad Bened. Ant.** Qui odit \* animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.

### Oratio

**P**raesta, quaesumus omnipotens Deus: ut, intercedente beato Colomanno Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.



torméntis, demum suspensus necátur. Cujus corpus, cum per sesquiánum ita suspensum Henricus, Austriae marchio, íntegrum permansisse, atque áltero sequenti anno terrae cónditum non contabuisse accepisset, summa reveréntia effódi, et in Mellicénsi monastério perhonorifice recóndi voluit. Arbor vero diu árida, in qua suspensus vir Dei mártýrium subierat, in sanctitátis et innocéntiae ipsius testimónium insigni miraculo reflóruit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem aetérnam. **V.** Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non dereliquit eum. **Et.**

De Expositiõe sancti Ambrósii Episcopi in Psalmum centésimum decimum octávum

**Lectio v Sermo 21**

**P**ríncipes persecúti sunt me gratis: et a verbis tuis trepidávit cor meum. Bene hoc Mátyr dicit, quod injúste persecutiõnum torménta sustíneat:

qui nihil rapúerit, nullum violéntus opprèsserit, nullus vánguinem fúderit, nullus ítorum putáverit esse violándum: qui nihil légibus débeat, et gravíora latrónum sustíneere cogátur supplicia: qui loquátur juste, et non audiátur: qui loquátur plena salútis, et impugnétur: ut possit dicere: Cum loquébar illis, impugnábant me gratis. Gratis igitur persecutiõnem pátitur, qui impugnátur sine crimine: impugnátur ut nóxius, cum sit in tali confessiõe laudábilis: impugnátur quasi venéficus, qui in nómine Dómini gloriátur, cum pietas virtútum ómnium fundaméntum sit.

**R.** Desidérium ánimae ejus tribuísti ei, Dómine, \* Et voluntáte labiõrum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam praevenísti eum in benedictiõnibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiõso. **Et.**

**Lectio vi**

**V**ere frustra impugnátur, qui apud ímpios et ínfidos impietátis arcessítur, cum fidei sit mágister. Verum qui gratis

inter illústrior illa fuit, quando sanctíssima Trínitas in rotae fulgéntis spécie sese ei objécit, et tantam divinórum radiórum arcanáequé sapiéntiae cópíam in eum profúdit, ut in vultu ipsius insólitus splendor ad mortem usque viderétur. Accedéntes ad se, populáres máxime suos, multis salutáribus mónitis erudívit, potíssimum eos exhórtans ad Sedis apostólicae et Cleri observántiam ac praecipue ad dignos fructus feréndos poeniténtiae, quam ipse vultu et corpore prorsus emaciáto, rudi quoque túnica, nudis semper pédibus et cápite, efficacíssime praedicábat. Prophetíae dono eminuit: futúra et occúltas hóminum cogitatiões non raro perspéxit.

**R.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stollam glóriae induit eum: \* Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

**Lectio vii**  
**S**arnam, praecipuum Silvae Superiõris pagum, gravi incendio crucis signo illico exémit. Illud

quoque memorándum est, quod post insígnem victóriam ab octo Helvétiae pagis de poténtissimo Burgúndiae duce partam, cum inter ipsos foederátos haud levis exórtá esset dissénsio, quae nonnisi ferro jam viderétur decernénda, beatíssimus senex eos fórtiter simul ac suávitè cohortátus, ad concórdiam brevi perduxit: dignus plane qui idcirco auctor pacis et pátriae pater a pósteris mererit nominári. Demum anno octogésimo séptimo supra millesimum quadringentésimum gravíssimo morbo cruciátus, in ássere, quo toto erémi tẽpore pro létulo usus fúerat, procumbens, placidíssime obiit die vigésima prima Mártii. Sacrum ejus corpus, in Saxulénsi paróchia cónditum et miraculis nobilitátum, magno Helvetiõrum et exterórum accúrsu cólitur; quod etiam cum sanctus Cárólus Borromaeus inviseret, Nicoláum exímium sanctum pronuntiare non dubitávit. Cultum vero beatórum a fídelibus pópulis ei semper praestitum Clemens Papa nonus ratum hábuit et con-



firmávit; Pius duodécimus dénique beátum Nicoláum in sanctorum número rétulit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia quae locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad caeléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Ecce nos reliquimus, de Communi Abbatum primo loco.

#### Ad Laudes

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constitutam, intra in gáudium Dómini tui.

#### Oratio

**D**eus, qui beátum Nicoláum Eremítam Angelórum esca mirábiliter nutrire, ac donis caeléstibus cumuláre voluísti: concéde, quaesumus; ut ejus intercessióne Dóminicum corpus digne súmerem in

terris, et gloriósum conspícere mereámur in caelis. Per eúndem Dóminum.

#### In II Vesperis

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Magnif. Ant.** Hic vir despiciens mundum \* et terréna, triúmphans, divitias caelo cóndidit ore, manu.

Et fit Commemoratio sequentis:

**Ant.** Istórum est enim regnum caelórum, qui contémpserunt vitam mundi, et pervénérunt ad praemia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni.

**V.** Laetámini in Dómino et exsultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

#### Oratio

**B**eatórum Mártyrum Cypríani et Justínae nos, Dómine, foveant continuáta praesídia: quia non désinís propítius intuéri, quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Die 11 Octobris Maternitatis B. M. V.

**Duplex II classis**  
**Vesperae de sequenti (Off. festív.), Com. praec.**

Die 12 Octobris

In Ecclesiis consecrat. Civitatis et Archidioecesis Vindobonensis excepta Metropolitana

In Anniversario Dedicationis Ecclesiarum Civitatis et Archidioecesis Vindobonensis

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia ut in Breviario de Communi Dedicationis Ecclesiae.

Die 13 Octobris

S. Colomanni

Martyris, Austriae Patr. secundarii Duplex majus

In II Vesperis Dedicationis Ecclesiarum fit Commemoratio sequentis:

**Ant.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit; fundátus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honóre coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

#### Oratio

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut, intercedénte beátó Colománo Már-

tyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore, et a pravis cogitationibus mundémur in mente. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Eduardi Regis, Conf.:

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui aedificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriae índuit eum.

#### Oratio

**D**eus, qui beátum regem Eduárdum, Confessórem tuum, aeternitátis glória coronásti: fac nos, quaesumus; ita eum venerári in terris, ut cum eo regnáre possimus in caelis. Per Dóminum.

#### In II Nocturno

#### Lectio iv

**C**olománnus, régio Scottórum genere ortus, propter Christum terréna despiciens, totum se pietati trádidit. Cumque Hierosólymam, ut sacra invíseret loca, proféctus esset, in réditu per Pannóniam superiorem iter agens, ab impiis homínibus captus, variisque vexátus